Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Qui si pro domino paterent quod paciunt
Propter res viles delicias que breves
Nullus eos dubitet vivos in carne manentes
Esse dei sanctos martiribus que pares
Non tamen ista pati putet hos aut penitet horum
Quamvis sepe gravet sustinuisse iugum
Nam deus pro quo modicum paciunt ad horam
Hec mala pro meritis premia digna dabunt

De Ambicione Religiosorum

Quotque magis miror quod abbates atque priores
Conventus que sacri quos suus ordo ligat
Canone plus habiti que sunt servare professi
Quemque patres sancti constituere sibi
Ecce retroreddeunt sorbentque quod evomuerunt
Ut canis ad vomitum sus que reversa ad lutum
Exterius faciem pretendunt religionis
Interius que gerunt pectora plena dolo
Qui duce bernhardo graduntur vel benedicto
Aut augustino sub leviore iugo
Omnes sunt fures quocumque caractere sancto
Signati veniant magnificentque deum
Ne credas verbis nec credas vestibus albis
Vix etenim fictis est adhibenda fides
Quorum vox levis est vox iacob dicitur esse
Cetera sunt esau brachia colla manus
Rursus in egiptum quam deserve reversi
Dulce sibi reputant a pharaone premi
Carnes ad illecebras non retinente mentes